

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De distinctione baptismatum. 11

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

dus inungitur oleo sancto, & in pectore & in scapulis, quasi athleta Dei, ut Ambros. dicit \* in lib. de Sacramentis: sicut pugiles inungi consueuerunt. Vnde sicut Innocentius dicit in quadam Decret. † de sacra vocatione, Baptizandus in pectore inungitur, ut per sancti Spiritus donum, abiiciat errorem & ignorantiam, & fidem rectam suscipiat, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas autem inungitur, ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est: ut per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium fortitudo laborum in scapulis. Post baptismum vero (ut Rabanus dicit \*) statim signatur in cerebro a presbytero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, ut Christi regni particeps fiat, & a Christo Christianus possit vocari. Vel sicut Ambros. dicit †, Vnguentum super caput effunditur, quia sensus sapientis in capite eius: ut scilicet sit paratus omni potenti, de fide reddere rationem.

Ad tertium dicendum, quod vestis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione, quod non licet ei alijs vestibus uti: sed in signum gloriose resurrectionis †, ad quam homines per baptismum regenerantur; & ad significandam puritatem vitae, quam debent post baptismum observare: secundum illud Roman. 6. In nouitate vitae ambulemus.

Ad quartum dicendum, quod ea quæ pertinent ad solemnitatem sacramenti, et si non sunt de necessitate sacramenti, non tamen sunt superflua: quia sunt ad bene esse sacramenti, ut dictum est †.

## ARTIC. XI.

*Vtrum conuenienter describantur tria baptismata?*

**A**D undecimum sic proceditur. Videatur, quod in conuenienter describatur tria baptismata, scilicet Tertia Par. Vol. ii. I aquæ,

li. 1. c. 2.  
¶ li. 3. c.  
1. to. 4.  
li. 1. Dec.  
tit. 15. c.  
Cum ve-  
nisset.

\* c. 28. re-  
fertur, de  
cōf. d. 4. c.  
Postquā.  
† c. 1. in  
pri. to. 4.  
¶ de ijs  
q. initia-  
tur myste  
rijs, c. 6.  
de cōf. d.  
4. c. 89. et  
li. 1. Dec.

\* al. glo-  
riæ  
† De cōf.  
d. 4. c. 90.  
\* In corp.  
art.

374  
4. d. 4. q.  
3. a. 3. ¶  
quot. 6. a.  
4. et 10. 3.  
Iec. 1. fin.  
Hebr. 6.  
19. 3. fin.

aquæ, sanguinis, & flaminis, scilicet Spiritus sancti.  
Quia Apostolus dicit Ephes. 4. Vna fides, vnum ba-

pisma. Se i non est nisi vna fides. Ergo non debent

poni tria baptismata.

¶ 2 Præterea, Baptismus est quoddam sacra-

\*q. 65. a.

i.

tum, vt ex supra dictis patet \*. Sed solus baptismus  
aquaæ, est sacramentum. Ergo non debent ponи alia  
duo baptismata.

lib. 4. ort.

fid. c. 10.

post med.

¶ 3 Præterea, Damasc. in 4. lib. determinat plura  
alia genera baptismatum. Non ergo debent ponи so-

lum tria baptismata.

ibid.

S E D contra est, quod super illud Heb. 6. Baptis-

gl ordin.

ibid.

matum doctrinæ, dicit gl. \* Pluraliter dicit, quia est  
baptismus aquæ poenitentiaæ, & sanguinis.

RE S P O N D E O

dicendum, quod (sicut supra

q. 62. a. 5

dictum est \*) baptismus aquæ efficaciam habet à

¶ q. 66.

¶ 2.

passione Christi, cui aliquis configuratur per baptismum; & ulterius sicut à prima causa à Spiritu sancto. Licet autem effectus dependeat à prima causa, causa tamen superexcedit effectum, nec dependeret ab effectu. Et ideo præter baptismum aquæ, potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi, in quantum quis ei conformatur, pro Christo patientio. Vnde dicitur Apocal. 7. Hi sunt qui vene-

runt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Fadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiritus sancti conse-

quitur effectum baptismi, non solum sine baptismō aquæ, sed etiam sine baptismō sanguinis: in quantum scilicet alicuius cor per spiritum sanctum mouetur ad credendum & diligendum Deum, & poenitendum de peccatis. Vnde etiam dicitur baptismus poenitentiaæ. Et de hoc dicitur Isai. 4. Si abierit Dominus soldes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Sic igitur utrumque aliorum baptismatum nominatur baptismus, in quantum supplet vicem baptismi aquæ. Vnde dicit August. \* in 4. lib. de unico baptis-

me

lib. 4. de  
bap. cont.

Donat. c.

22. in pr.

10. 7 ¶ re

fertur de

conf. d. 4.

3. 33.

mo parvulorum , Baptismi vicem aliquando imple-  
re passionem de latrone illo , cui non baptizato di-  
ctum est , Hodie mecum eris in paradiſo , Beatus Cy-  
prianus non leue documentum assumpſit quod etiam  
atque etiam considerans , inuenio non tantum paſ-  
ſionem pro nomine Christi , id quod baptismuſ dee-  
rat poſſe ſupplere ; ſed etiam fidem , conuerſionemq;  
cordis , ſi forte ad celebrandum myſteriuſ baptismi ,  
in anguſtijſ temporum ſuccurri non potheſt .

Ad primum ergo dicendum , quod alia duo baptiſ-  
mata includuntur in baptismuſ aquæ : qui efficaciam  
habet & ex paſſione Christi , & ex Spiritu Ianſto . Et  
ideo per hoc non tollitur uitaſ baptismatiſ .

Ad ſecundum dicendum , quod (ficut ſupra dictum  
eſt \*) ſacramentum haber rationem ſigni . Alia verò q. 60. a. 3  
duo conueniunt cum baptismuſ aquæ , non quidem  
quantum ad rationem ſigni , ſed quantum ad effectum  
baptismatiſ : & ideo non ſunt ſacramenta .

Ad tertium dicendum , quod Damaſc. <sup>2</sup> ponit que-  
dam baptiſmata figuralia : ſicut diluuium , quod fuit  
ſignum noſtri baptiſmi , quantum ad faluationem fi-  
delium in Eccleſia : ſicut tunc pauca animaſ falua-  
facta ſunt in arca , ut dicitur 1. Pet. 3. Ponit etiam  
transiſtum maris rubri : qui ſignificat noſtrum baptiſ-  
ma , quantum ad liberationem a feruitate peccati . Un-  
de & Apoſtolus dicit 1. Cor. 10. quod omnes bapti-  
zati ſunt in nube , & in mari .

Ponit etiam ablutiones diuersas , quaſ fiebant in  
veteri lege , preefigurantes noſtrum baptiſma , quan-  
tum ad purgationem peccatorum . Ponit etiam ba-  
ptiſtum Ioannis , qui fuit preeparatoriū ad noſtrum  
baptiſma .

## A R T I C . - XII.

Vtrum baptiſmus ſanguinis ſit potiſſimus inter	375
alia baptiſmata?	4 d. 4. q.
A D duodecimum ſic proceditur . Videtur , quod	2. a. 2. q.
baptiſmus ſanguinis non ſit potiſſimus inter tria	4. et Heb.
predicta baptiſmata . Baptiſtus enim aquaſ impri-	6. 60. 3. fo.